


EXECUTORIALES  
**L I T E R A**  
**R V M A P O S T O**  
**L I C A R V M,**

In fauorem insignis Regalis domus Mōtis Aragonum,  
 Abbatis, Mensæ, & Fabricæ illius, ab Illustri admo-  
 dum D. D. Carolo Muñoz Iudice Apostolico  
 executioni plenariæ, & totali demandatæ.

Anno 1589.

Anno,




1623.

O S C Æ,

Apud Petrum Blufon : Typis Viduæ Ioannis Perez á Valdiuiesco  
 Typog. Vniuersitatis.

EXECUTORIALES  
LITTE  
RVM APOSTO-  
LICARVM

In favorem insignis Regalis domus Montis Aragonum,  
Abbas, Monach. & Fabrica illius, ab Illustri admo-  
dum D. D. Carolo Muñoz Iudice Apostolico  
excutioni plenarie, & totali demandata.  
Anno 1589.



1589

Anno

OSCA

Apud Petrum Bluton; Typis Vidue Iohannis Petri à Vaidiello  
Typog. Vauclerianis.



**I**N VICTISSIMO, ET CA

tholico Principi, Domino Domino Philippo Hispaniarum Regi, Regnorum Ducatorum Dominorum, & aliarum vestrarum potestatum foelicis prosperitatis augmentum; necnon Illustrissimis & Reverendissimis in Christo patribus, & Dominis, Dominis Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopis Tarraconen. & Cæsaraugustanen. & Episcopis Oscan. Tirasonen. Pampilonen, Vrgelen. Illerden. Barbastren. & Iacen. & aliarum Ecclesiarum Prælati, eorumque, & cuiuslibet eorum in spiritualibus, & temporalibus, Vicarijs, & Officialibus Generalibus, cuiuscumque Dignitatis, status, ordinis, vel conditionis existen. etiam Pontificali dignitate fungentibus, & functuris, & quacumque præfulgeant dignitate, ac vniuersis, & singulis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Archipresbyteris, Cantoribus, Custodibus, & Tesaurarijs, Succentoribus, Sacristis, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu Locumtenentibus eorundem, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscumque, vbilibet constitutis, necnon Illustrissimis Principibus, & Magnificis viris, Dominis Ducibus, Marchionibus, Varonibusque, Et Excellentissimo Locumten. Generali Aragonum Regni, pro Regia Maiestate. Illustrissimo Domino Iustitiæ Aragonum, eiusque Locumtenentibus, Iudicibus iudiciarijs, quibuscumque maioribus, Rectoribus, Prætoribus, Deseruentibus, ac exercentibus iurisdictionem spiritualem, & temporalem, ac ordinariam, mediatè, & immediatè, vbicumque constitutis, cæteris quoque, & singulis Arrendatoribus, Redditalibus, Vendimiatoribus, Colonis, Agricolis, Decimatoribus Pensionarijs, Censuarijs, Debitoribus, Laboratoribus, Possessoribus, & detentoribus, ac quibuscumque alijs, quibus pactio, & solutio communiter, vel diuissim, fructuum, reddituum, proventuum, & Emolumentorum, infra mentionatorum, cæterisque forsan intrusis, & in posterum intrudendis, omnibusque alijs, & singulis, quorum interest intererit, aut interessè poterit, quomodolibet in futurum, quibuscumque nominibus censeantur, & quacumque præfulgeant dignitate, & vestrum cuilibet. **C A R O L V S M V Ñ O Z S E R R A N O**, Decretorum Doctor, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Tirasonen. Iudex Executor, & Commissarius Apostolicus, à Sanctissimo Domino nostro **G R E G O R I O** Diuina providencia **P P. X I I I.** foel. recor. vna cum alijs nostris, in hac parte collegis, cum illa clausula, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, specialiter datus, nominatus, & deputatus, prout de dicta nostra commissione latius constat, quibusdam literis Apostolicis subdelegationis, in vim breuis per Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum **I O A N N E M B A P T I S T A C A S T A N E V M**, in Regnis Hispaniarum Nuntium Apostolicum concessis, & Bullam per Sanctissimum Dominum nostrum Papam **P I V M V.** & alijs literis Apostolicis, per Sanctissimum Dominum nostrum **P P. G R E G O R I V M X I I I.** concessis, manu Illustri Domini Pauli Pla, Abbatis siue perpetui Comendatarij, Monasterij Sacti Petri Gallicantus Ciuitatis Gerunden. suæ Maiestatis Consiliarij Regiamque Cancellariâ Regentis firmatis, suęque sigillo munitus, & per Didacum Talaiero suæ Maiestatis Locumtenentem, in officio Protonotarij, ac Notarium publicum, per cunctâ dictionem

137  
dictionem suam, in eius Regia Curia, & in oppido Mariti residentem, subsignatis, & referendis, quarum quidem literarum Apostolicarum, siue transumptu tenores de verbo ad verbum sequuntur, & sunt tales. IOANNES BAPTISTA CASTANEVS, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Rosanen. Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. PII diuina prouidentia PP. V. dictæq; Sanctæ Sedis Apostolicæ Nuntius, apud Serenissimum, & Catholicum Regem Philippum, in his Regnis Hispaniarum Iudex, & Executor vnicus, ad contenta, in infrascriptis literis Apostolicis, ab eodem Sanctissimo Dño nostro Papa specialiter deputatus, discretis, & circumspectis viris GVILLERMO IOANNI BRVSCA Archidiacono Oriolen. & CAROLO MVÑOZ Canonico Tirasonen. Ecclesiarum, salutem in Dño, & debitam in commissis adhibere diligentiam, nostrisq; huiusmodi. Imo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis nuper ad nos transmissas fuisse, nosq; cum quibus debuit reuerentia, & honore recepisse quasdam literas Apostolicas, in forma breuis, sub annulo Piscatoris, & iuxta stillum Romanæ Curiaë expeditas, in membrana exaratas, sanas siquidem, & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni suspicionis vitio carentes, vt prima facie apparebat, quarum tenor talis est. Videlicet ab extra venerabili fratri IOANNI BAPTISTÆ Archiepiscopo Rosanen. nostro, & Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum, nunc, & pro tempore existenti, Nuntio. Intus vero PIVS PP. V. venerabilibus Fr. salutem, & Apostolicam benedictionem, licet aliàs nos exercitis, tunc expressis causis, dilectis filijs Guillermo Ioanni Brusca Archidiacono Oriolen. & Carolo Muñoz Canonico Tirasonen. Ecclesiarum, per quasdam commisserimus, vt ipsi ad Oscen. & Iacen. ac Illerden. Ciuitates, & tunc existens oppidum Barbastren. Oscen. Dioces. necnon Montis Aragonum Sancti Augustini Canonorum Regularium, & Sancti Ioannis de la Peña, & Sancti Victoriani, Sancti Benedicti Ordinum Oscen. prædictæ, & Iacen. ac Illerden. Dioces. Monasteria personaliter se conferrent, ac se diligenter informarent, circa convenientiam, & necessitatem dissolutionis, Oscen. & Iacen. necnon erectionis Barbastren. Ecclesiarum, ac reformationis Monasteriorum eorundem, ipsiq; mandatis nostris obtemperantes de præmissis se diligenter informauerint, & informationem huiusmodi ad nos transmiserint, nosq; illius habita notitia, illiq; quantum fieri potuit in hærentes, Oscen. & Iacen. Ecclesiasq; antea inuicem, seu vna alteri perpetuo vnitæ erant, vnionem, anexionem, & incorporationem huiusmodi, per diuersas literas de fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Consilio, & assensu dissoluerimus, ab ipsaq; Oscen. Ecclesia scilicet ab illius mensa Episcopali, citra præiudicium iurisdictionis, quam ipse Episcopus Oscen, in Sancta Engratia Cæsaraugustan. & alijs Parochialibus Ecclesijs, Oscen. Ciuitatum habet, & exercere solet, & a Montis Aragonum, illiusque Abbatiali, & Conuentuali mensis, ac Sancti Ioannis prædictis Monasterijs, mensa Abbatiali omnia, singula, & ab Episcopali Illerden. necnon ab Abbatiali Sancti Victoriani, prædictorum mensis, nonnulla, ac diuersa oppida, castra, villas, domos, omnimodamq; in illis iurisdictionem, ac fructus, redditus, & prouentus, sub certis modo, & forma separeuerimus, & dismembrauerimus, varia insuper, & diuersa officia, & dignitates, ac Prioratus, quæ in ipsis Monasterijs, & Ecclesijs existebant, seu ab illis dependebant, suppresserimus: opidumq; Barbastren. prædictum in Ciuitatem, & Ecclesiam Collegiatam Beatæ Mariæ dicti oppidi, in Cathedralem Ecclesiam actam, in ea quam alijs Ecclesijs huiusmodi, diuersas Dignitates, Canonicatus, & Præbendas, ac alia Beneficia; & in ciuitate Oscen. Collegium, & Seminarium crexerimus, ac tam illis sic nouiter erectis, quàm antiquis,  
& alijs

2  
& alijs Ecclesijs, Dignitatibus, & Beneficijs, ac Monasterijs prædictis, & illorum Abbatibus, & mensis Conuentualibus diuersos annuos redditus, & Dioceses, ac iurisdictiones ex separatis, & dismembratis huiusmodi, applicauerimus; ac alia ordinauerimus diuersa eden. statuta, & ordinationes, prout in singulis literis præfatis plenius continetur. Attendentes nihilominus, quod propter locorum distantiam facile esse posset, vt ex fructibus, & alijs dismembratis, & applicatis aliqua ipsis Ecclesijs, & locis à quibus separata, & quibus applicata sunt minus congruentia, & vtilia existant, seu quod aliqua castra, loca, villas, seu oppida, aut domos, vel territoria, aut rura nulli applicata remaneant, quod certè contra mentis nostræ intentionem, & voluntatem prorsus existeret, cupientesque propterea, totum hoc negotium, ad Dei laudem, & honorem, cœptum ad finem debitum perducatur, singularum literarum prædictarum veriores tenores, clausulas, & decreta præsentibus, pro plenè, & sufficienter expressis, & incertis habentes Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine discretionis tuæ, per præsentis committimus, & mandamus, quatenus per te, vel alium, seu alios, quem, seu quos ad id duxeris deputandum, seu deputandos vocatis, quorum interest, & alias qui fuerint euocandi, ad loca prædicta te conferendo, seu eos transmittendo, si aliqua inueneris loca, castra, villas, oppida, territoria, domos, & rura, vt præfertur separata, quod alicui alteri loco in dictis literis minimè applicata sint, illa, cui, seu quibus magis deberi cognoueris, seruata tamen inter prædicta loca æqualitate applices. R V R S V S si cognoueris, ex his quæ applicata reperiuntur aliter quam applicata existunt, seu alteri loco applicari debere. Illa rursus ab ijs, quibus per literas nostras prædictas sunt applicata separe, ac debitis locis de nouo applices, eis, à quibus illa separaueris de nouis similibus locis, & redditibus, per similes separationem, & applicationem providendo. Nenum circa præmissa omnia diligenti adhibita consideratione, ac literis nostris diligenter consideratis terminos, & modos ponas, Dioceses distinguas, aliaque omnia, & singula, quæ pro huius negotij salubri directioni, & scælici successu in Domino cognoueris expedire facias, statuas, declares, & exequaris; ac quidquid super præmissis statueris, & ordinaueris facias ab omnibus, quos illa concernunt, ita inuolabiliter obseruari, vt contra illa vlllo vnquam tempore veniri, vel illis contradici nequaquam possit. Nos enim tibi, & personæ, seu personis à te deputandæ, seu deputandis, tam in præmissis omnibus, & singulis, plenam, liberam, & absolutam, quam contradictores quoslibet, & rebelles, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione quocumque etiam, quantumuis graui postposita compescendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauandi, auxiliumque brachij secularis inuocandi, licentiam, auctoritatem, & facultatem concedimus, & impartimur, per præsentis; quas vlllo vnquam tempore de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, defectu Notarij nullatenus posse, vel sub quauis illarum reuocationibus cõprehendi minimè posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties ille emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas esse: sicque ab omnibus cense, & ita per quoscumque iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac causarum Sacri Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuiuslibet, quauis aliter iudicandi facultate, iudicari debere, irritum quoque, & inanè, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit atten-

tari, non obstantibus singulis literis nostris prædictis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, & ordinum prædictorum iuramento, confirmatione, Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus contrarijs, quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel diuissim, ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Datt. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die vigesima prima Februarij, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus nostri anno septimo. Cæ: Glorierius. N O S verò Ioannes Baptista Archiepiscopus Rosanen. Iudex, & executor præfatus, Attendentesque in præinsertarum literarum Apostolicarum executioni, & affectuationi pluribus alijs arduis nostri muneris negotijs, in hac Serenissimi & Catholici Regis præfati Curia, legitimè impediti, personaliter, vt tenemur interesse non possumus. Idcirco auctoritate Apostolica nobis prædictas literas concessa, & qua fungimur in hac parte, vobis dictis decretis, Guillermo Ioanni Brusca Archidiacono Oriolen. & Carolo Muñoz Canonico Tirasonen. de quarum legalitate, & industria, ac perspecta iam sinceritate, in huiusmodi negotio, quod vobis, vt præhabetur aliàs commissum extitit, & de quo plenam habetis informationem, maximam in domino gerimus, fiduciam auctoritatem potestatem, & facultatem nobiscum præinsertis literis tributas, vobis duximus committendas, prout committimus per præsentis, vt vocatis quorum interest, & alijs qui fuerint euocandi, ad loca in eisdem literis contenta, vos transferendo, super omnibus, & singulis, in ipsis literis Apostolicis expressis, & eorum circumstantijs vniuersis vos informetis, diligentemque adhibeatis considerationem, & literis præinsertis diligenter consideratis, ea omnia, & singula, faciatis quæ pro negotij in ipsis contenti & commissi, salubri directione, & foelici successu in Domino cognoueritis expedire; ac aliàs in his vos ita rectè, & æqualiter geratis, sicut de vestra prudentia confidimus, super quibus conscientias vestras oneramus, ipsasque literas Apostolicas, in omnibus, & per omnia exequamini, & compleatis, ac obseruari faciatis, operis per effectum iuxta illarum seriem, continentiam, & tenorem pleniores; Nos enim vobis, in, & super eisdem omnibus, & singulis locum vices, & voces nostras, & per dictas literas nobis concessas, plenariè, & in totum committimus, damus, & transferimus, vosque iudices, & executores earundem literarum, & contentorum, in eis deputamus, substituimus, & iubrogamus, in quorum omnium præmissorum fidem, & testimonium, præsentis subdelegatorias literas manu nostra subscriptas, fieri, sigillique nostri impressione muniri, ac per Notarium, & Scribam infrascriptum expediri iussimus. Datt. in oppido Matrili Toletan. Dioces. in domo nostræ solitæ residentia, die vigesima sexta Mensis Aprilis, anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus præfati Sanctissimi Domini nostri PP. anno septimo, Io. B. Archiepiscopus Rosanen. Nuntius. De mandato Illustrissimi & Reuerendissimi D. Nuntij, ac Iudicis, & executoris Apostolici præfati expeditæ fuere, per me Ioannem Maxiani Serra Scribam Regiæ suæ Maiestatis publicæ, Apostolica & Regia auctoritatibus, Notariū Scribam in his assumptū. P I V S Episcopus Seruus seruatorum Dei, ad perpetuā rei memoriam, Pastoralis officij cura, nobis licet immeritis diuinitus commissa requirit, & si quando Christi fidelium animarum saluti conuenire iudicantes nouas ereximus Ecclesias, vtque illis dos debita suggeratur fructibus, ab aliquibus Monasterijs separatis, illis applicamus, ne Monasteria ipsa nimium dispendium

6

dium patiantur, eosdem, vel nouos assignemus redditus, aliásque desuper disponamus, prout conspiciamus in domino salubriter expedire, sanè cum nos hodie ex certis tunc expressis causis, vnionem Oscen. & Iacen. inuicem perpetuò vnitarum Ecclesiarum, de fratrum nostrorum consilio dissoluerimus, ac ab ipsa Ecclesia Oscen. diuersa oppida, villas, terras, & redditus separauerimus, ac Ecclesiam Beatæ Mariæ oppidi Barbastren & Oscen. Dioces. in Cathedrali de eorundem fratrum nostrorum consilio Apostolica auctoritate creauerimus, & pro dictarum Ecclesiarum, & Beneficiorum, ac Canoniarum, & Præbendarum, necnon Dignitatum, in eis erectarum dote diuersos annuos redditus, à Monasterio Montis Aragonum nuncupato Ordinis Sancti Augustini Canonicorum Regularium dictæ Dioces. dismembratos, perpetuo applicauerimus, attendentes, quòd si à dicto Monasterio, quod de Iure Patronatus charissimi in Christo Filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, ratione Regni Aragonum, cuius idem Philippus etiam Rex existit, ex Privilegio Apostolico, cui non est actenus in aliquo derogatum esse dignoscuntur, & in quodres tantum eiusdem Ordinis Canonici Regulares, & decem præbyteri seculares Ecclesiæ ipsius Monasterij, in diuinis deseruientes, suasque inibi portiones obtinentes degunt, eiusque Abbatiali, & Conuentuali mensis reliqui omnes fructus dismembrarentur, & separarentur, & deinde de illis modo infra scripto prouideretur, & aliás statueretur hoc profecto in diuini cultus augmentum, & animarum salutem cederet ipsiusque Philippi Regis, id summopere desiderantis votis, plurimum satisfaceret, nos qui dudum inter alia voluimus, quòd semper in vnionibus commissio fieret, ad partes vocatis quorum interesset, quique etiam hodie à dicto Monasterio domum, & Ecclesiam Sanctæ Crucis ad illud spectantes, per alias nostras literas separauimus, ac vnum de Bolea, & alium de Gurrea, & alium de la Raga, & alium de Vxue, ac reliquum de Funes nuncupatos Prioratus, à dicto Monasterio dependentes, seu in ipso Monasterio existentes, ac Infirmariam, & Eleemosynariam, & Cantoriam, officia dicti Monasterij sub certis modo, & forma suppresserimus, decem quoque Præbiteros, inibi existentes, prædictos ad ipsam Ecclesiam Oscen. transtulimus, ac tribus Canonicis, nunc in dicto Monasterio existentibus, vltra officia per eos, in dicto Monasterio obtenta, quæ per eos quoadinuarent retineri posse, decreuimus, etiam ad eorum vitam certos annuos redditus ad summam noningentorum scutorum ascendentes, sub certis modo, & forma applicauimus, prout, & quæmadmodum, in literis prædictis plenius continetur; habita super his, cum eisdem fratribus nostris deliberatione matura, de illorum consilio, & Apostolica potestatis plenitudine eiusdem Philippi Regis, & dictis Monasterij, ex concessione Apostolica in cõmendam obtinentis, expresso accedente consensu, à Monasterio Abbatiali, & Conuentuali mensis, huiusmodi reliquos omnes fructus, redditus, & prouentus, cum illorum villis, oppidis, & domibus, omnimodaque iurisdictione Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo separamus, & dismembramus, & in illud nouos Canonicos eiusdem Ordinis reformatos, qui sint in sufficienti numero, vt Missas, & alia Diuina officia eidem Monasterio spectantia, voluntatibus, seu aliter incumbentia, celebrare, & perferre valeant, & in eo iuxta dicti ordinis Regularia instituta viuere teneantur poni, & induci mandamus. Eidem quoque Monasterio, pro illius mensa Abbatiali, vnum ducentorum in decimis de Quicena, cum tribus annuis censibus, in simul, quatuor scutorum cum dimidio in eodem de Quicena, & de Barluenga, & de Chibluco locis: & alium trecentorum & quinquaginta, inde Tierz: & alium centum, & quinquaginta inde Castellar

llar Cæsaraugustanen. Dioces. per Abbatem pro tempore existentem; ac alium octuaginta: inde Sassa, & alium centum: inde Barluenga, & alium octuaginta: inde Fornillos: & alium triginta: etiam inde Chibluco: & alium octo scutorum ad rationem decem regalium monetæ illarum partium pro quolibet scuto, inde Vallarias, per antiquam mensam Conuentualem. Nouæ verò mensæ Conuentuali Canoniorum reformatorum ipsius Monasterij: vnum noningentorum in tributis, & censibus, per eandem antiquam mensam, & vnum centum & sexaginta, in decimis de Bolea, alium quadraginta: inde Sipan, & reliquum centum scutorum, si nihil annuos redditus in Sanctæ Ecclesiæ per ipsum Abbatem percipi solitos, ac locum terminum Montis Aragonum nuncupatum, quod prope dictum Monasterium existit, cum ea integritate, cum qua dictus Abbas, & dilecti filij illius Conuentus illa percipiebant, & percipere poterant, illius quoque fabricæ vnum quinquaginta inde Sabayes: & alium quindecim inde Ybieca: & alium triginta inde Almunia: & alium octuaginta inde Aiera: & alium triginta in Sancti Iuliani: & alium octuaginta inde Onyera: & reliquum quindecim scutorum inde Mons de Tuuo: locis similiter per dictum Abbatem percipi solitos annuos redditus perpetuo applicamus, & appropriamus: Eodem insuper Abbati omnimodam Iurisdictionem, tam in spiritualibus, quam temporalibus, inde Tierz, Quicena, & Fornillos, locis perpetuo concedimus: Statuimus insuper dicti Monasterij Fabricam, de cætero per futurum Abbatem, & nouum Conuentum dicti Monasterij regi, & gubernari, quodque decedente vno, ex dictis tribus Canonicis, rataque illarum ex dictis fructibus, eis vt præfertur ad eorum vitam applicatis tangere possit vacet, & cesset; decernimus: postremo omnes, & singulas appropriationes, & concessiones, vt præmittitur factas perpetuo, & cum omni iure, & auctoritate integritate onerum, & emolumentorum quorumcumque, quibus Abbas, & Conuentus, Abbatialisque, & Conuentualis mensæ huiusmodi utebantur, potiebantur, & gaudebant, & quæ supportabant, ac vti, frui, potiri, & gaudere possent, & supportare deberent in futurum, si illa obtinerent factas esse, & censeri omnes quoque actiones, & augmenta quæ rebus ipsis applicatis, & appropriatis deinceps fieri contigerit ad Monasterium Abbatialemque, & Conuentualem mensas huiusmodi pertinere debere. **Q V O** circa venerabilibus fratribus nostris Tirasonen. & Vrgelen. Amerinen. Episcopis, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Philippi Regis, ac Abbatis, & Conuentus prædictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra presentes literas, & in eis contenta quæcumque ab omnibus quos illa concernunt inuolabiliter obseruari, eosdemque Abbatem, & Conuentum, ac eorum singulos præmissis omnibus, & singulis pacificè frui, & gaudere, non permittentes, eos desuper per quoscunque quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas, aliaque iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus sententias, censuras, & pœnas, ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, non obstantibus voluntate supradicta, necnon de non tollendo iure quæsito nostris, quatenus opus sit, & Fœlicis recordationis **B O N I F A C I I. P P. V I I I.** prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra suam Ciuitatem, vel Dioces. nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine tuæ Dioces. ad  
iudicium



4

iudicium euocetur, seu ne Iudices à Sede Apostolica deputati, extra Ciuitatem, vel Dioces. in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere audeant, vel presumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas, quis vigore presentium, ad iudicium non extrahatur, & alijs Apostolicis constitutionibus; ac à Monasterij, & Ordinis predictorum iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscumque; aut si aliquibus communiter, vel diuisim, ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam nostræ separationis, dismembrationis, applicationis, appropriationis, concessionis, statuti, decreti, & Mandatorum infringere, vel ei ausu temerario contrahere; si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius se noverit incursum. Datt. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo primo, quarto decimo Kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno sexto. Fex. Cardinalis de Medicis sumor. Cæ. Glorierius A. alexijs Registrata apud Cæsarem Secretarium. GREGORIVS PP. XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Cum aliàs dum Fel. re. PIVS PP. V. predecessor noster, de fratrum suorum, de quorum numero, tunc eramus consilio, & assensu, ex certis, tunc expressis causis, vnionem Oscan. & Iacen. Ecclesiarum inuicem perpetuò vnitarum dissoluit; ac Collegiatam Ecclesiam oppidi Barbastren. tunc Oscan. Dioces. in Cathedralen erexit, omniaque, & singula fructus redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta dictarum Oscan. & Iacen. Ecclesiarum; ac Abbatialis, & Conuentualis Montis Aragonum Sancti Augustini Canonorum Regularium; nec non Abbatialis mensarum Sancti Ioannis de la Peña, & Sancti Victoriani, Monasteriorum Sancti Benedicti Ordinum Oscan. & Iacen, ac Illerden. respectiuè Dioces. & ab Ecclesia Illerden. nonnullos fructus, & redditus, ac bona separauit, & dismembrauit, illaque ac vnus de Bolea, & alterius de Gurrea, & alterius de la Raga, & alterius de Vxue, ac reliqui de Funes nuncupatorum Prioratum à dicto Monasterio Montis Aragonum dependen. seu in ipso existen. ac Infirmaria, & Eleemosynaria, ac Cantoria officiorum eiusdem Monasterij Montis Aragonum, quos & qua, ex tunc, prout ex ea die, postquam per resignationem, aut cessionem, vel obitum, tunc illos, & illas obtinen. sunt vacassent, suppressit: fructus, redditus, & prouentus, pro maiori parte, pro Ecclesijs, & Monasterijs prefatis, nec non Beneficijs, & alijs locis pijs, pro personis in ibi de gen. & ipsa Beneficia obtinen. subuentione, & earum foelici successu applicauit, assignauit, & distribuit, aliaque fecit, prout in predecessores huiusmodi desuper confectis literis plenius continetur, in applicatione, assignatione, & distributione huiusmodi, ex fructibus redditibus, prouentibus, iuribus, & emolumentis predictis sumæ, & quantitates infra scriptæ, inter alia super fuerint. NOS IGITUR ad distributionem, & assignationem reddituum, & prouentuum infra scriptorum, prout magis suassit æquitas, ac necessitas deuenire volentes, vt in Monasterio Montis Aragonum, predicta Hospitalitas, seruari solita, etiam de cetero seruetur, & Eleemosynæ que, vt accepimus, elargiri consueuerunt, in posterum elargiantur, ex redditibus, & prouentibus huiusmodi, quæ super fuerunt eidem Monasterio annuam sumam, & quantitatem quadragintorum scutorum, ad rationem decem regaliū monetæ illarum partiū, pro quolibet scuto in hospitalitate,

& Eleemosynis huiusmodi, anno quodlibet per Abbatem, seu Comendatarium, & Conuentum ipsius Monasterij, prout aliàs fieri solebat erogandam, infra scriptis annuis redditibus, & prouentibus, videlicet: In decimis inde Castilfabas scuta similia octuaginta: inde Orillena Pardina alia viginti: Inde Albero supremo alia viginti: Inde Pópien alia duo: Inde Pópinillo alia duo: Inde la Ladrada Pardina alia duodecim: Inde Loporçano vnum cum dimidio: Inde Tamarid aliud vnum cum dimidio; quæ ante dismembrationem, & separationem huiusmodi mensa Abbatialis eiusdem Monasterij percipere solebat: & inde Angues alia scuta similia duodecim, & solidos quindecim: Inde Almalech alia duodecim; & in quarto Prioratus de Gurrea alia septuagintaquinque: ac in Quarto in Navarra, quæ etiam prius percipere solebat mensa Conuentualis prædicti Monasterij Montis Aragonum, alia quinquagintaquinque, ac ex fructibus, redditibus, & prouentibus tribus antiquis Canonicis, & decem Portionarijs, in prædicto Monasterio Montis Aragonum, olim de gentibus, ad eorum vitam assignata, cum primum per ipsorum obitum solui cessabunt, reliqua scuta similia centum, & sex ac solidos quinque. Itaque primo loco de dictis scutis centum, & sex, ac solidos quinque, Abbati, & Conuentui præfati Monasterij, ad Hospitalitatis & Eleemosynarum huiusmodi effectum prouideatur, & vt fabrica Monasterij, & Ecclesiæ Sancti Ioannis de la Peña prædicti de alicuius subuentionis auxilio prouideatur, eidem fabricæ scuta ducenta similia in infra scriptis annuis redditibus, & prouentibus, videlicet scuta duo similia, quæ applicanda remanserunt, ex redditibus separatis à mensa Abbatiali eiusdem Monasterij Sancti Ioannis, & reliqua centum nonaginta octo scutorum similia, ex redditibus, & prouentibus dicti Prioratus de la Raga, vt præfertur suppressi; ac vt Canonici Ecclesiæ Barbastren. eorum gradum decentius tenere valeant, & diuinus cultus augeatur, mensæ Capitulari eiusdem Ecclesiæ Barbastren. scuta trecenta similia, pro augmento distributionum quotidianarum, pro Canonicis dictæ Ecclesiæ Barbastren. ex fructibus redditibus, & prouentibus Eleemosynariæ suppressæ huiusmodi. Necnon vt Monasterij Monialium Oscen. Ordinis Sanctæ Claræ, & ipsius Abbatissæ, & Monialium necessitati succurratur, ac numerus Monialium ibi degentium, quas præfatus prædecessor duodecim tantum esse voluit, & statuitur, arbitrio Ordinarij loci augeri possit, prout nos harum tenore statuto prædecessoris huiusmodi, non obstante, augeri posse decernimus; vltra alia scuta similia centum, & quinquaginta, quæ aliàs per præfatum prædecessorem eodem Monasterio assignata, & applicata fuerunt, scuta trecenta & quinquaginta similia, videlicet scuta trecenta tresdecim, & solidos quinque, ex fructibus, redditibus, & prouentibus, aliàs tribus Canonicis, & decem Præsbyteris, in dicto Monasterio Montis Aragonum de gentibus, quoaduixerint, vt præfertur assignatis, & applicatis, vltra alias assignationes, Seminario, distributionibus, & fabricæ Ecclesiæ Oscen. prædictæ ex dictis fructibus redditibus, & prouentibus factas huiusmodi, postquam assignatio, & applicatio dictis tribus Canonicis, & decem Præsbyteris, vt præmittitur factas cessauerint, & alia scuta similia triginta sex, & solidos quindecim, ex fructibus, redditibus, & prouentibus Prioratus de Bolea suppressi huiusmodi. Et vt Capellaniâ maiorem Ecclesiæ Oscen. quæ in ibi dignitas, non tamen post Pontificalem maior existit, & tenues habet redditus pro tempore obtinens, cõgruè sustentari valeat, vltra scuta septuaginta similia, aliàs per dictum prædecessorem eidem Capellaniæ assignata, & applicata alia scuta triginta similia, ex fructibus, redditibus, & prouentibus Prioratus de la Raga suppressi huiusmodi. Et similiter, vt Domus Beatæ Mariæ de Loreto Oscen. Ordinis Heremitarum Sancti Augustini, & Priori fratres dicti Ordinis Heremitarum ibi  
pro

pro tempore degentes, congruam habeant subuentionem; scuta trecenta similia ex fructibus redditibus, & prouentibus Prioratus de Bolea suppressi. Huiusmodi cumque Vicaria Ecclesie Barbastren. predictae cui cura inminet animarum tenues admodum fructus habeat, & cui alias scuta triginta similia ex fructibus infirmariae suppressae huiusmodi predictum praedecessorem applicata fuerunt, alia scuta septuaginta similia, ex fructibus eiusdem infirmariae, nec non duobus Archidiaconatibus, per dictum praedecessorem in Ecclesia Barbastren. erectis quibus alia scuta ducenta similia, pro quolibet ex fructibus redditibus, & prouentibus de Funes, & de Vxue, Monasterij Montis Araganum Prioratum suppressorum huiusmodi applicata exuterant, ut eisdem Archidiaconatus pro tempore obtinentes decentius sustentari valeant, alia scuta centum similia pro quolibet ex reliquis fructibus dictorum Prioratum de Funes, & Vxue. Itaque eisdem Archidiaconatibus omnes fructus redditus, & prouentus, de Funes, & Vxue. Prioratum huiusmodi post obitum illos obtinentium, ut premititur, & quis portionibus applicata sint, & esse censeantur, quatuor autem portionibus nuper in dicta Ecclesia Barbastren. erectis, pro illis pro tempore obtinentibus congrua sustentatione ultra alia scuta similia quinquaginta pro qualibet, alias sibi assignata, alia scuta viginti similia, pro qualibet ex fructibus redditibus, & prouentibus dicti Prioratus de la Raga, & nunc prout ex tunc, & e contra, motu proprio auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuo respectiue annuatim assignamus, & applicamus, ac assignata & applicata esse, & censeari volumus. ET insuper, cum indissolutionem unionis Oscen. & Iacen Ecclesiarum huiusmodi, idem praedecessor a fructibus Sacristiae dictae Ecclesiae Iacen. ex nunc, prout ex ea die cum primum quouis modo vacauerit quadraginta scuta annua similia, etiam separauerit, & fabricae eiusdem Iacen. Ecclesiae ex tunc assignauerit, & voluerit, quod posterum dictam Sacristiam, tunc obtinens non teneatur de cera, oleo, & alijs ad quae prius tenebatur Episcopo Iacen. prouideri: & dum separationi applicationi huiusmodi locus fieret quid de cera, oleo, & alijs praemissis faciendum esset minime disposuerit. Vnde nos cupientes fabricae Ecclesiae Iacen. interim de alicuius subuentionis auxilio prouidere volumus, & auctoritate praedicta statuimus, & ordinamus Sacristiam huiusmodi, nunc obtinens, loco cerae, & olei, ac aliorum praemissorum Episcopo Iacen. solui solitorum, tantumdem pro tempore decurso, & in futurum decurrendo, in pecunia numerata agentibus fabricae eiusdem Ecclesiae Iacen. quolibet anno absque aliqua exceptione persolvere debeat, & teneatur, & si per quoscumque iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, aut causarum sacri Palatii Apostolici Auditores fuerint sublata eis, & cuiuslibet eorum quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, ac irritum, & inane quid quid secus quomodolibet scienter, vel ignoranter attentari contigerit, iudicari, & diffiniri debere decernimus; & nihilominus venerabilibus fratribus Archiepiscopo Caesaraugustano, & Episcopo Amerin. necnon dilecto Filio Carolo Muñoz Canonico Ecclesiae Tirasonen. eorundem tenore presentium comittimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios quoties pro parte Monasteriorum, illorumque pro tempore Abbatum, Priorum, Priorissarum, seu Abbatissarum, & Conuentuum, & dictarum Ecclesiarum Cathedralium, Canonorum, & Capitulorum, & Dignitates & Beneficia praedicta pro tempore obtinentium, fuerint requisiti, assignationes, & applicationes praedictas, ac praesentes nostras literas, & in eis contenta quaecumque debite executioni congruis temporibus demandentur, & demandari faciant contradi-

ctores, & rebelles quoscumque censuris & pœnis Ecclesiasticis arbitrio tuo imponendis, aliaque in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, faciant, gerant, & exequantur, inuocato ad id si opus fuerit auxilio brachij secularis, appellatione postposita, compescendo: non obstantibus quantum opus sit Cancellariæ Apostolicæ regula de vnionibus, quo ad illius omnes partes, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis Priuilegijs, quoque indultis, & literis Apostolicis, Ecclesijs Ordinibus illarūque personis huiusmodi quomodolibet concessis, & pluries approbatis, & inuocatis, ac ordinum Ecclesiarum, prædictorum Iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, cæterisque omnibus quæ in literis separationum, & applicationum earundem voluimus, non obstan. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores etiam si de illis specialis specifica, & individua mentio habenda foret præsentibus pro expressis habentes hac vice dumtaxat, illis aliàs, in suo robore permanens specialiter, & expresse derogamus. **V O L V M V S** autem præsentium transumptis manu alicuius publici Tabellionis subscriptis, & sigillo alicuius Ecclesiæ Prælati subsignatis in iudicio, & extra illud fidem in dubiam adhiberi, & præstari. **Datt. Romæ** apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesimo quinto Mensis Februarij anno millesimo quingentesimo septuagesimo quinto Pontificatus nostri anno tertio, **Cæ**, Glorierius, Paulus Pla Abbas, siue perpetuus Comendatarius Monasterij Sancti Petri Gallicantus Gerunden. & ego Didacus Talaiero, **S. C. R.** Maiestatis Locumtenen. in officio Protonotarij, ac Notarius publicus, per cunctam dictionem suam, in eius Regia Curia, & oppido Matriti residens. quia huiusmodi copiam manu aliena exactā, a suis originalibus literis Apostolicis, pergameno scriptis, ac in forma breuis sub annulo Piscatoris expeditis non viriatis, non cancellatis, nec in aliqua parum parte suspectis, sed omni prorsus vitio, & suspicionem carentibus extraxi, cum supraposito in sexta linea secundæ paginæ, secundi folij, vbi legitur scuta, erratis correctis, & emendatis in decima linea secundæ paginæ secundi folij, vbi legitur trecenta similia, & cum eisdem literis, benè, & fideliter comprobauit. Hicq; Illustris Dominus Paulus Pla Abbas, siue perpetuus Commendatarius Monasterij Sancti Petri Gallicantus Ordinis Sancti Benedicti Ciuitatis Gerundæ, Principatus Cathalonix, præfate Maiestatis Consiliarius & Regens Cancellariam se subscripsit, & suum Abbatiale sigillum apponere facit, in quorum fidem, & testimonium meum solitum, artis Notariæ apposui signum. **Q V I B V S** quidem literis Apostolicis, siue transumpto modo præmissis sic præsentatis, & per nos cum illis quibus de cui honore, & reuerentia receptis, & mandatis Apostolicis, & Regijs obtemperantes factisque nonnullis actibus præfatas literas status Monasterij Montis Aragonum, & nostræ commissionis, & processus fulminati, reseruata tamen nobis, vel superiori nostro facultate, iuxta dicti breuis continentiam, & tenorē non applicata applicandi, & iam vni loco applicata, dissoluendi, & alteri loco, seu locis personæ, seu personis, cui, vel quibus magis expedire videbitur, applicandi, retenta, hinc inde æqualitate permutandi, ac pro indiuiso in dictis literis Apostolicis, relicta, quatenus opus fuerit diuidendi, aliaque tam prædicti breuis virtute, quæ aliàs nobis attributa potestate, & facultate, per nos reseruata faciendi gerendi, & exercendi, iuxta tenorem, & continentiam dicti breuis, prout in illis latius continetur, publicari mandauimus, & fecimus. Post quarum quidem literarum subdelegationis, & Apostolicarum super dicto statu Monasterij Montis Aragonum præsentationem, publicationem, seruatis seruandis, die secunda mensis Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, quandam in scriptis  
fecimus

9

6

fecimus declarationem tenoris sequentis. **SENTENTIA** declaratoria circa ea quæ continentur in literis Apostolicis, ad statum Oscen. Dioc. & Monasterium Montis Aragonum, super hac noua Episcopatum, diuisione, dismembratione confectis; Ea est mētis nostræ natura fragilis, & humana conditio, vt nō omnia statim absolute perspicere, & perfectè intelligere valeat, quod si verum esse in quacumque alia actione credimus, & multo profecto magis in hoc difficilimo Apostolicæ nostræ commissionis negotio compertum esse debet, vbi tantarum rerum agendarum, tam maximè copia suppetit, disoluendo, applicando, instituendo, collocando, & distribuendo, pluraque à nobis, ita perpetuo ordinanda, & decretanda sint, vt omnis in quantum fieri poterit litigandi præcindatur occasio, idque sapienter cōsiderans. Fe. re. **PIVS V.** Sanctissimus, Pontifex, postquam fecit Oscen. & Iacen. Dioc. dissolutionem, & Ecclesiam Beatæ Mariæ Barbastren. in Cathedralem erexit, multa que circa earundem statum, & Monasteriorum Montis Aragonum Sancti Ioannis de la Peña, & Sancti Victoriani decreuit, & summa prouidentia ordinauit, prout in Apostolicis literis super hoc confectis plenius, & latius continetur, motu proprio, & in forma breuis quasdam concessit literas, quibus nobis cōmititur, & mandatur, vt si aliqua reperiamus, loca, Castra, Villas, territoria, domos, aut Rura, quæ alicui loco minimè applicata fuerint illi vel illis, quibus magis expedire videretur seruata, hinc, inde locorum æqualiter applicemus: ac rursus si ex his quæ iam applicata sūt aliterque applicata sunt vel alteri loco applicari conueniens fuerit, illa etiam de nouo separemus, & de nouis similibus locis, ac redditibus, per similem applicationem, aut separationem provideamus, & circa omnia, & singula in eisdem literis contenta, quæ pro eiusdem negotij felici successu, & salubri directione necessaria esse cognouerimus, plena, libera, & absoluta nobis potestas conceditur faciendi, statuendi, declarandi, & exequendi, & eaque super præmissis declarata, siue ordinata à nobis fuerint, ita ab omnibus inuolauiliter obseruari, vt vllō vnquam tempore, per eos quos illa concernunt veniri contra, vel illis contradici, nequaquam possit, contradictores quoscumque, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque iura, & facti remedia, quacumque appellatione, quantumuis graui, postposita compescendo. **QVO** circa, nos predicti Iudices commissarij. Postquā ad præsentem ciuitatem Oscen. accessimus, & solemnè fecimus publicationem literarum, ad statum eiusdem Dioc. ciuitatis, & Ecclesia spectantium, reseruata tamē facultate addendi, aut immutandi, quid quid nobis expedire videretur, attendentes nonnulla esse præcipuè verò ad statum Monasterij Montis Aragonum cōcernentia, quæ reparatione, & declaratione indigent, super quibus angustia temporis præpedit non satis plenam informationem fecimus, cum priorem illam informationem nostram ad dictum Pontificem transmisissemus, quam nunc maiori qua potuimus diligentia recepimus, quæ sunt aliqua emolumenta, redditus, census, aut decimæ de quibus in literis Apostolicis nulla fit mentio, & prætermittæ à nobis fuerint, & rursus aliaque in eisdem literis applicata sunt in vniuerso, vel indiuiso, quæ si nunc de nouo in specie applicarentur plurimum statui dictarum Ecclesiarum consuleretur, ex eo maximè, quæ inter easdem partes litigandi, & contrahendi omnis excederetur occasio, ideo his & alijs pluribus causis, & rationibus moti hanc nostram circa præmissa declarationem fieri decreuimus, mandantes ea omnia, quæ à nobis in præsentiarum declarata, ordinata, aut constituta sunt, ab omnibus quibus interest, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, sub pœnis, & censuris in dictis literis contentis, & alijs à nobis forsam in posterum in contradictores, & rebelles declaran. inuolauiliter obseruan. **IN PRIMIS** igitur, quoniam Conuentuali mensæ Montis Aragonum,

facta prius omnium suorum reddituum, iurium, & emolumentorum dismembra-  
tione, noningenta scuta in censibus, & tributis per literas Apostolicas anecdum-  
tur, & applicantur. Quæ prævia diligenti informatione recepta, & facta quorū  
dam iurium ad Dominicaturam in nonnullis oppidis pertinentium, & piorum  
legatorum pro pupillis maritandis in locis eiusdem Abbatiatus distribuendorum  
defalcatione, ad quingenta scuta vix ascendunt. INSVPER etiam, quoniā eidem  
mensæ, octuaginta scuta in decimis de Oynera applicantur, quæ in toto Abbati-  
tus districtu minime reperitur, non sine maximo eiusdem Monasterij discrimine,  
quod nequaquam ferendum est, neque ratio patitur, vt Ecclesiæ, quæ cæteras  
iam induit, & exornabit, eadem à nobis nuda relinquatur, id circo habito prius  
de prædictis longo, cum Reuerendissimo Domino Episcopo, Capitulo, & ciuitate  
Oscen. tractu, consultoque inuiditissimo Domino nostro Philippo Hispaniarū  
Rege Catholico, & tandem ad infra scripta expresso eorum accedente consensu,  
DECLARAMVS decimas locorum de Pirasez, in centum triginta, & quin-  
que scutis ad Episcopum applicatas, ET de Loporçano in ducentis triginta scutis,  
Canonicis, & decem Presbyteris Montis Aragonum consignata; postea vero in  
eos fines de quibus in ipsis literis fit mentio conuertendas, deinceps, & futuris  
perpetuis temporibus Conuentali siue Capitulari mensæ Montis Aragonum:  
ne nimium ex supra dictis rationibus dispendium patiatur pertinere, & expecta-  
re, atque eas quantum opus est ab Episcopali, vel Capitulari mensa Oscen. vel ab  
his in quorum vtilitatem post tres Canonicos, & decem Presbyteris Montis Ara-  
gonum, conuerti deberent, separamus, & segregamus, & prædictæ Capitulari,  
siue Conuentali mensæ Montis Aragonum, nunc statim cum omnibus  
suis iuribus, auctoritatibus integritatibus augmentis, & diminutionibus, &  
prout olim ad Abbatialem, siue Conuentualement Mensam Montis Aragonum per-  
tinebant, & similiter etiam omnes census, siue tributa, in tritico abena, ordeo,  
aut quauis alia eiusmodi speciei consistentia, de quibus in ipsis literis mentio  
habetur, & quæ olim ad eandem, Conuentualement mensam expectabant applica-  
mus, & appropriamus. DECLARAMVS insuper illa omnia onera dignitatibus,  
aut officinis Mōtis Aragonū annexa, & quæ olim Canonicis antiquis eiusdem Mo-  
nasterij ratione victus vel vestitus, & alia quauis ex causa præstabantur, aut in  
pecunia vel aliter solui consueuerant: deinceps etiam non obstantibus suppressio-  
nibus, aut vnionibus à Pontifice factis, quæ cum suis honoribus, & oneribus fac-  
tas esse, Idem Beatus Pontifex intellexit, ab eisdem præstan. & solui debere, ex-  
cepta tamen Abbatiali dignitate cuius antiquos, & novos redditus, ab his oneribus  
liberamus. ea præcipuè, ex causa quæ maior dictorum reddituū pars Epif-  
copali mensæ Oscen. applicantur à qua decimas de Pirazes nunc de nouo segre-  
gamus, & Conuentali prædictæ applicamus. Qua propter ne ex dicta dismem-  
bratione dispendium aliquod eadem mensa Episcopalis Oscen. patiatur, omnes  
prædictos Abbatialis mensæ fructus ex his oneribus liberamus, ET insuper eidem  
Episcopali mensæ omnia illa iura, quæ vocantur, las Pechas, in locis de Angues  
Sancta Olaria, la Almunia, Castillabas, Sant Iulian, Loporçano, Barluenga, Chi-  
bluco, & Marcen, siue ad Abbatialem, siue ad Capitularem mensam Montis  
Aragonum, olim ratione directi Domini pertinentia, quæ ad sumam centum  
septuaginta scutorum ascendunt: & similiter, etiam in decimis terminorum, siue  
Pardinarū de Collarada duodecim, & de Curbe quindecim, & de Corbinos quin-  
decim, & de Almalech duodecim scuta applicamus, & incorporamus. Applicatio  
tamen facta Capitulari mensæ Montis Aragonum, de decimis loci de Pirasez, ab  
eo tempore incipiat, & suum debitum effectum sortiatur, quo arrendatio, siue lo-  
catio, per Episcopum ad trienium de prædictis decimis facta finita fuerit, ne ex  
hac

hac noua decimarum applicatione, aliquod præiudicium irrogetur, locatione præ-  
 dictæ, interim vero de centum triginta & quinque scutis in quolibet Anno totius  
 trienij respondeant Episcopus, vel eius administratores Capitulari mensæ Montis  
 Aragonum, siue suis Economis, & Procuratoribus. Sed quoniam nobis consti-  
 tit Abbatis Montis Aragonum, & similiter etiam eiusdem Ecclesiæ Canonicos,  
 quasdam pecuniarum quantitates, eas in proprios vsus conuertendo olim reci-  
 pisse, ad quarum solutionem, & annui redditus responsionem, nonnulla eiusdem  
 Abbatibus Vassallorum oppida, in graue eorundem locorum detrimentum, &  
 damnum obligata reperimus, rationique consonum est, vt ab his oneribus, &  
 obligationibus, nulla sua culpa contractis libenter, & ab ijs in quos Abbatiales, &  
 Conuentuales redditus transeunt, & in quorum vtilitatem applicationes sunt  
 factæ, persoluantur, quemadmodum, huius quæ solui consueuerunt. Id circo,  
 & ne in futurum dubitari possit, à quibus deinceps eiusmodi quantitates, & an-  
 nui redditus responsiones præstari debeant declarandis, ad octingenta scutorum  
 solutionem, quæ Abbates pro suis olim commodis receperunt, & pro quibus  
 oppida de Tierz, & Maren, nunc obligata existunt studium generale Oscen. &  
 Abbas Montis Aragonum vel eius Abbatialis mensa, quibus scuta duo mille pro-  
 miscuè, per Pontificem ex prædicta Abbatiali mensa applicantur, perpetuò pro  
 æquis portionibus teneri, quod si data facultate pecunias istas soluendi, vel luè-  
 di Abbas pro portione sibi contingenti illas redimere noluerit, possit generale  
 studium, etiam citra Abbatis consensum, illas omnes persolue, atque reddime-  
 re ad responsionem vero annui redditus, de quinquaginta scutis, in Villa de Ain-  
 sa ea ex causa facienda, prædictum generale studium tantum, ne diuidatur solu-  
 tio, Abbatem vero, qui nunc est, & qui pro tempore fuerint, vel Abbatiale mē-  
 sam ad viginti quinque scutorum responsionem prædicto generali studio facien-  
 dam interim, quo principali prædicta quantitas non persoluantur, & per Abba-  
 tem de prædicta sua portione contingente non fuerit satisfactum, per hanc nos-  
 tram declarationem obligamus; pecunias vero, quas Canonici Montis Aragonū  
 diuersis vicibus receperunt, super locis de Loporçano, & de Quicena, & quæ ad  
 noningenta scuta ascendunt, in hunc modum soluendas esse mandamus; scuta illa  
 trecenta Augustino Gundisaluo Samper, Oscen. ciue, per Canonicos supradic-  
 tos olim recepta, & quæ ad præsens, ad eiusdem Gundisalui hæredes, ex causa res-  
 ponsionis pertinent, à Capitulo Oscen. vel luantur, vel annui census; responsiones  
 præstentur, interim quo pecuniæ ipsæ non redimantur; reliqua vero sexcenta ab  
 his redditibus, quæ pro Seminario Oscen. exigendo, & Monialibus sanctæ Cla-  
 ræ applicantur, vel forsam veniēt applicandi, interim quo applicationes ipsæ suū  
 debitum non sortiantur effectum, vel à pecunia, quæ ex ipsis redditibus procedet  
 statim cum primū fieri poterit luantur, & persoluantur. Quod si aliqua alia huius  
 modi onera reperiantur, ad quæ Capitulum prædictum Montis Aragonum, vel  
 eius Capitularis mensa teneretur, volumus, vt similiter ex supradictis fructibus,  
 Seminario, & Monialibus consignatis, interim, quo consignationes ipsæ non per-  
 ficiuntur, exonorentur. Sed vt de sufficienti recompensa, eisdem partibus, prop-  
 ter hæc iniuncta onera, satisfactum esse aliqua ex parte videatur, & ne ex illa  
 vniuersali; & generali mille septuaginta, & viginti vnum scutorum eisdem par-  
 tibus applicatorum, post tres Canonicos, & decem presbyteros Montis Aragonū;  
 iurgium aliquod, prout plurimum communiter efficere solet, vel litigandi in fu-  
 turum oriatur occasio, præter illa, quæ in specie Capitulo Oscen. iam à nobis ap-  
 plicata sunt, tam per nostram declarationem, iuxta concordiam inter eundem  
 Capitulum, & decem presbyteros Montis Aragonum initam, cum illos in Ec-  
 clesiam Oscen. transfuimus, quæ aliàs per literas nostras executoriales, in fauorē  
 Oscen.

Oscen. Capituli concessas, cū illis honoribus, & oneribus de quibus in illis expressa fit mentio, nunc de nouo decimas de Ariño, eidem Oscen. Capitulo applicamus, cum illis iuribus, & integritatibus olim Abbatiali, vel Conuentuali mensis pertinentibus, aut quomodolibet expectantibus, dum tamen deinceps per dictum Capitulum Oscen. nullum ius prætere valeat, si iam aliquod habet, ad præsens in Ecclesijs, vel beneficijs Dioc. Barbastren. vel ratione fabricæ, vel alicuius Dominij, aut noui ingresus, ne de cætero causa istius iuris exigendi, quod modicum sicuti accepimus est, litesque non sine maximis expensis sustinentur, inter Capitula earundem Ecclesiarum nascantur, **S E M I N A R I O** verò in ciuitate Oscen. pro pauperibus Clericis, alendis instituendo, iuxta Apostolicas literas, & sacri Concilij Tridentini normam, & cui in vniuerso, & pro indiuisso, quingenta scuta, in illis mille septuaginta, & viginti vno scutis, post dictos tres Canonicos, & decem Presbyteros Montis Aragonum, applicantur, nunc etiam in specie decimas, redditus, & proventus, quæ ad similia inde quingenta scuta ascendunt, tam in illis quæ in alijs non applicatis decimis, & quæ de nouo repente sunt, prout sequitur applicamus. In decimis de Lopiñen, cum montibus, siue terris de Otura, & Campies, ducentum & quinquaginta scuta: in vndecima parte decimarum de Loarre, quinquaginta: in termino de Mondot, quindecim: in quartis de Gurrea, septuaginta quinque: in quarto primitiæ de Angues, viginti: inde Sietamo, quadraginta: inde Orillena Pardina viginti: inde Blecua viginti: inde Lizana: sexdecim. **MONIALIBVS** autem sanctæ Claræ Oscen. illa centum & quinquaginta scuta, per Apostolicas literas applicata, in decimis de Loarre consignamus **ABBATI VERO** præter illa, quæ in ipsis literis Apostolicis continentur, & Abbatiali mensæ applicantur, in emendam, & satisfactionem dictorum onerum, ius illud quod vocatur, las pechas, in locis de Quicena, & de Fornillos, & de Tierz, vel quodcumque illud sit, ratione directi Dominij, vel cuiusdam concordie inter Abbatem, & Vasallos de Tierz, initæ, quæ omnia ad quadraginta vnus scuta ascendunt. Vniuersitatis Oscen. vltra centum scuta in censu de Poleñino, in literis applicata, & alia viginti quinque scuta similia in eodem censu de Poleñino, perpetuò applicamus, & appropriamus, & huiusmodi nostra declaratione seu sententia sic facta. Noueritisque die præsentis, & infrascripto, in nostri cõparuit præsentia Augustinus Perez, Domiciliatus in loco de Quicena, vt Procur. legitimus admodum Illustris, & Reuerendissimi Domini Marci Antonij, Serueto Reues, Abbatis Monasterij Montis Aragonum, & etiam, vt Proc. legitimus Augustini Serrano, in ciuitate Calataiuui domiciliati, vt Commissarij, & Economi nominati per dictū Dominū Carolum Muñoz, Commissarium Apostolicū, prædictū fructuum reddituum, prouentuum, & emolumentorum pertinentiū ad dictum Monasterium, Mensam, & fabricam eiusdem, vt decentius habere valeant, & diuinus cultus augeatur, & decimis, iuribus, redditibus fructibus, & prouentibus dictis eius principalibus, seu dicto Monasterio, in vim dictarum literarum Apostolicarum, & nostræ declarationis applicatis fruantur, videlicet, decimis locorū de Pirasez, in centum triginta, & quinque scutis; & de Loporçano, in ducentis & triginta scutis, & similiter etiam omnibus censibus, siue tributis, in tritico, abena, ordeo, aut quauis alia huiusmodi speciei consisten. & asimili illis omnibus oneribus, dignitatibus, aut officinis dicti Monasterij Montis Aragonum annexis, & quæ olim Canonicis antiquis eiusdem Monasterij ratione victus, vel vestitus, aut alia quauis ex causa præstabantur, aut in pecunia, vel aliter solui consueuerant, deinceps etiam non obstantibus suppressionibus, aut vnionibus, à Pontifice factis, quas cum suis honoribus, & oneribus factas esse, idem Beatus Pontifex intellexit, ab eisdem præstari, & solui debere, excepta tamen Abbatiali dignitate, cuius antiquos,



8  
 quos, & novos redditus alijs oneribus liberauimus; ET in dicto Monasterio Montis Aragonum, Hospitalitas seruari solita, etiam de cætero seruetur, & Eleemosynæ, quæ elargiri consueuerunt in posterum elargiantur, ex redditibus, & prouentibus, quæ super fuerunt eidem Monasterio, annuam sumam, & quantitatem quadringentorum scutorum, ad rationem decem regalium pro quolibet scuto, in hospitalitate, & Eleemosynis, huiusmodi anno quolibet per Abbatem seu comendatarium, & Conuentuum ipsius Monasterij, prout aliàs fieri solebat, erogandâ in infra scriptis annuis redditibus, & prouentibus: videlicet in decimis, inde Castilfabas scuta similia octuaginta: inde Orillena Pardina alia viginti: inde Albero supramo alia viginti: inde Pompian alia duo: inde Pöpinillo alia duo inde la Ladrada Pardina alia duodecim: inde Loporçano vnũ cum dimidio: inde Tamarid aliud vnũ cum dimidio, quæ ante dismembrationem, & separationem huiusmodi mensa Abbatialis eiusdem Monasterij, percipere solebat: & inde Angues, alia scuta similia duodecim, & solidos quindecim: inde Almalech, alia duodecim: & in Quarto Prioratus de Gurrea, alia septuaginta quinque & in Quarto in Nauarra, qui etiam prius percipere solebat mensa Conuentualis, prædicti Monasterij Montis Aragonum, alia quinquaginta quinque: ac ex fructibus redditibus, & prouentibus, tribus antiquis Canonicis, & etiam portionarijs, in prædicto Monasterio Montis Aragonum, olim de gentibus, ad eorum vitam assignata, cum primum per ipsorum obitum solui cesabunt, reliqua scuta, similia centum & sex, ac solidos quinque, ita quod primo loco de dictis scutis centum, & sex, ac solidos quinque, Abbati, & Conuentui præfati Monasterij, ad Hospitalitatis, & Eleemosynarum huiusmodi effectum prouideatur, prout per eisdem litteras Apostolicas, latius, & Serosius constat, ad quas se retulit, ea propter debitam instantiam requisit, per nos mandare mitti, dictum Dominum Abbatem, & Economum eius principales, vel eorum legitimum Procuratorem, in veram realem, & actuaalem possessionem dictarum decimarum, locorum de Pirasez in centum triginta & quinque scutis: & de Loporçano, in ducentis triginta scutis, & similiter etiam omnium cæsum, siue tributorum, in tritico, abena, ordeo, aut quavis alia huiusmodi speciei consistentia, & asimili illorum omnium onerum dignitatibus, aut officijs dicti Monasterij Montis Aragonum annexorum, & quæ olim Canonicis antiquis eiusdem Monasterij ratione victus, vel vestitus, aut alia quavis ex causa præstabantur, aut in pecunia, vel aliter solui consueuerant, deinceps etiam non obstantibus suppræssionibus, aut vnionibus, à Pontifice factis, quascumque suis honoribus, & oneribus factas esse, idem Beatus Pontifex intellexit ab eis præstari, & solui debere, excepta tamen Abbatiali dignitate, cuius antiquos, & novos redditus, ab his oneribus liberauimus, & dictorum quadringentorum scutorum, similium ex fructibus, redditibus, & prouentibus supra dictis, & responderi sibi de eisdem, annuatim à moto quolibet illicito detentore, contradictores, & rebelles, per censuras Ecclesiasticas compefcendo, litteras executoriales in forma concedendo. NOS VERO dictus Carolus Muñoz Serrano, iudex executor, & Commissarius Apostolicus, volentes mandatum Apostolicum, vt tenemur executioni tradere, dicta auctoritate Apostolica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, eisdem Dominum Abbatem, & Economum dicti Monasterij Montis Aragonum, siue eorum legitimum Procuratorem, mandauimus mitti, induci, & poni in veram, realem, & actuaalem possessionem dictarum decimarum, censuum, & tributorum, & onerum, & dictorum quadringentorum scutorum similium, pro Hospitalitate, & Eleemosynis huiusmodi, ex fructibus, redditibus, & prouentibus supra dictis, per suam Sanctitatem suppræssis, & respõderi de eisdem litterasque siue processus executoriales opportunas, super præmissis, vsque ad inuocatio-

catio-

8  
tationem brachij secularis inclusivè, in forma solita, & assueta, duximus concedendas, prout concessimus per præsentem modo, & forma, quibus supra, & sequentibus. **Q V Æ** omnia & singula supra dicta, & hunc nostrum processum, & literas, & in eis contenta, vobis omnibus, & singulis supradictis, quibus præsens, noster processus, & literæ diriguntur, & vestrum cuilibet, intimamus insinuamus, & notificamus, & ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiã de ducimus, & deduci volumus, per præsentem, Vosque nihilominus, & vestrum quemlibet, auctoritate Apostolica præfata requirimus, & monemus, primò, secundò, & tertio, ac vobis omnibus, & singulis, & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infrascriptis sententiarum pœnis, districtè præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium post præsentium præsentationem, seu notificationem, vel requisitionem vobis, seu alteri vestrum, pro parte dictorum Domini Abbatis, & Economi dicti Monasterij Montis Aragonum, inde fauere, continuè numerari, & immediatè sequenti, quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis vniuersis, & singulis pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica assignamus, quatenus, eosdem Dominum Abbatem, & Economum dicti Monasterij Montis Aragonum, vel eorum legitimum Procuratorem, & ad veram realem, corporalem, & actualem possessionem dictarum decimarum, censuum, tributorum, & onerum, & dictorum quadringentorum scutorum similium pro Hospitalitate, & Eleemosynis huiusmodi ex fructibus, redditibus, & proventibus supradictis, per suam Sanctitatem suppræsis, ponatis, & inducatis, poni, & induci faciatis, prout nos ponimus, & inducimus per præsentem: eosdemque Dominum Abbatem, & Economum dicti Monasterij Montis Aragonum sic positos, & inductos manuteneatis, protegatis, & defendatis: a motis exinde quibuscumque intrusis, & intrudendis, alijs quibuscumque illicitis detentoribus, & possessoribus dictarum decimarum, censuum, & tributorum, onerum, & dictorum fructuum assignatorum, quos nos etiam, & eorum quemlibet quantum possumus amouemus, & amotos denunciamus per præsentem, ac prædictos Dominum Abbatem, & Economum, vel eorum Procuratorem, ad prædicta omnia, & singula admittatis, & de dictis fructibus, proventibus, & emolumentis, ac vniuersis iuribus, plenariè, & integrè respondeatis, & responderi, quantum in vobis est faciatis. **I N H I B E M V S** propterea modo, & forma præmissis, vobis omnibus, & singulis supradictis, & generaliter quibuscumque, alijs cuiuscumque status, gradus, ordinis, vel cõdicionis existant, ne præfati Domini Abbas, & Economi dicti Monasterij Montis Aragonum, vel eorum Procuratores quominus possessionem prædictorum fructuum reddituum, & emolumentorum, cum omnibus, & singulis iuribus, & pertinentijs supradictis assequantur, sibi que de fructibus, redditibus, proventibus, iuribus, & obventionibus vniuersis prædictis plenariè, & integrè respondeatur; omniaque alia, & singula supradicta, & infrascripta ne suum debitum consequantur effectum, impedimentum aliquod præstetis, seu præstent; ac impediuntibus, dictos Dominum Abbatem, & Economum, vel eorum Procuratorem super præmissis, in aliquo deris, vel dent auxilium, consilium, vel fauorem, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, vel ingenio, quod si fortè præmissa omnia, & singula, non adimplueritis, mandatisque & inhibitionibus nostris huiusmodi, imò verius Apostolicis, non parueritis, seu paruerint, realiter, & cum effectum, quacumque appellatione postposita, nos in vos, & ipsos omnes, & singulos supradictos qui culpabiles fueritis, seu fuerint, in præmissis, ac in contradictores, quoslibet, & rebelles, ac impediunt aut aliquo præmissorum dantes auxilium, consilium, vel fauorem, publicè, vel occultè,

9

occulté, per se alium, seu alios, ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc singulariter, in singulos, dictis Canonicis monitionibus præmissis, excommunicationis, in dictorum locorum, & aliarum quarumcumque Ecclesiarum, Monasteriorum, Capitula, Collegia, & Conuentus quęcumque in his delinquentia, suspensionis à Diuinis, & in ipsorum delinquentium, & rebellium, Ecclesias, Monasteria, & Cappellas interdicti Ecclesiastici sententias ferimus in scriptis, ac etiam promulgamus vobis, & Illustrissimis & Reuerendissimis Dominis Archiepiscopis, Episcopis, Prælati dumtaxat exceptis, quibus obseruantiam vestrarum Pontificalium dignitatum defferimus, & in hac parte, si contra præmissa, vel aliquod præmissorum, per vos, vel alium, aut submissas personas fueritis prædicta sex dierum Canonica monitione præmissa, ingressum Ecclesię interdicimus, in his scriptis: si vero huiusmodi interdictum, per alios sex dies inmediate sequentes sustinueritis, vos, & vestrum quemlibet in his scriptis, eadem Canonica monitione præmissa suspendimus à Diuinis. **VERVM** si prædictas interdicti, & suspensionis sententias, per alios sex dies præfatos, duodecim dies inmediate sequentes, animis, quod absit, sustinueritis induratis, vos, & vestrum quemlibet in his scriptis, dicta Canonica monitione præmissa, ex nunc, prout ex tunc, excommunicationis sententiam innodamus. **CÆTERVM**, cum ad executionem præmissorum faciendam, nequeamus ad præsens alijs arduis negotijs occupati, personaliter interesse, vniuersis, & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Sacristis, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu Locatenen. eorundem, Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Præsbyteris, & Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscumque per Prouincias, Ciuitates, & Dioces. prædictas, ac aliàs vbilibet constitutis, & eorum quemlibet in solidum sub veteriori executione præsentium nostrarum literarum, & processus faciendæ, auctoritate prædicta, tenore præsentium committimus, vices nostras; donec eas ad nos duxerimus reuocandas, quos, & eorum quemlibet in solidum eisdem auctoritate, & tenore requirimus, & monemus, primò, secundò, & tertio, & peremptoriè, ipsisque, & eorum cuiilibet, in virtute sanctę, obedientię, & sub excommunicationis pœna, quam in eos, & in eorum quemlibet Canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, nisi fecerint quę mandamus, districtè precipiendo mandamus, quatenus infra tres dies, post requisitionem ipsi, seu alteri eorum, pro parte dictorum Domini Abbatis, & Economi, vigore præsentium desuper factã inmediate sequen. quos tres dies ipsis, & eorum cuiilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac monitione Canonica assignamus. Ita tamen quod in his exequendis vnus eorum, alterum, non expectet, nec vnus pro alio, seu per alium se excuset: ad vos omnes, & singulos supradictos, quibus præsentis noster processus, siue literę diriguntur, personasque, & loca alia, de quibus, vbi, quando, & quoties expediens fuerit, personaliter accedant, seu alter eorum accedat, & huiusmodi nostrum processum, seu literas, & quacumque in eis contenta, vobis, communiter, vel diuisim legant, intiment, insinuent, & fideliter publicare procurent, necnen dictos Dominum Abbatem, & Economum dicti Monasterij Montis Aragonum, dictarum decimarum locorum de Piraces, & Loporçano, censuum, seu tributorum, in tritico, abena, & ordeo, & onerum cõrentorum, in dicta nostra declaratione, & sententia, & dictorum quadrigentorum scutorum similium dictorum fructuum, desuper suppræssorum, & assignatorum, pro Hospitalitate, & Eleemosynis, & vniuersorum iurium, & pertinentiarum eiusdem, eisdem dominis Abbati, & Economo auctoritate Apostolica

lica

lica applicatorum, respectu dictarum decimarum locorum de Pirazes, & Lopogano, censuum, & tributorum, & onerum, & dictorum quadringentorum scutorum, iuxta formam, & tenorem superius expressatam, ponant, & inducant, auctoritate nostra, imo verius Apostolica, & defendant, inductos amotis exinde quibusuis intrusis, & intrudendis, prædictis, & eorum quemlibet, quos nos etiam ut supra amouemus, & denuntiamus, amotos ipsosque Dominum Abbatem, & Economum in præmissis omnibus, & singulis admittant, & admitti faciant, & eisdem, vel eorum Procuratori legitimo de omnibus, & singulis fructibus, redditibus, & proventibus, & emolumentis, ac vniuersis iuribus, prædictis plenariè, & integrè respondeant, & ab alijs quantum in eis fuerit respondere faciant, etsi forsam, quod non credimus, dicti intrusi, seu intrudendi, ceterique contradictores, & rebelles prædicti, mandatis, monitionibus, inhibitionibus, literis, & processibus nostris huiusmodi, imo verius Apostolicis, infra dictos, eis respectivè terminos superius expressos, parere, & obedire neglexerint, aut recusauerint; pœnas, & sententias, & censuras prædictas, in eos, ut præmittitur latus, damnabiliter incurrendo, ex tunc, prædictis subdelegatis nostris, sub dicta excommunicationis pœna committimus, & mandamus, quatenus in singulis diebus Dominicis, vel festiuis, in suis Ecclesijs, Monasterijs, & Capellis infra Missarum, & aliarum Diuinarum horarum solemnias, vbi, & quando, & quoties expediens fuerit, & pro parte dictorum Domini Abbatis, & Economi, seu eorum Procuratorum desuper requisiti fuerint, seu alter eorum fuerit requisitus, præfatos intrusos, & intrudendos, ceterosque contradictores, & rebelles prædictos, sic excommunicatos publicè denuntiet, & ab alijs quantum in eis fuerit denunciari faciant, donec, & quousque à nobis, vel superiori nostro, super hoc aliter habuerint in mandatis: si verò dicti intrusi, & intrudendi, contradictoresque, & rebelles prædicti, dictam excommunicationis sententiam, per decem dies illius denuntiationis, immediatè sequentes, pertinaciter susceperint; nos ex tunc, quia crescente contumacia, & inobedientia crescere debet, & pœna, ne facilitas veniæ, audaciam tribuat delinquendi, processum nostrum huiusmodi aggrauamus, dictis subdelegatis nostris, modo, & forma præmissis præcipientes, quatenus singulis diebus Dominicis, & festiuis, in suis Ecclesijs, Monasterijs, & Capellis infra Missarum, & aliarum Diuinarum horarum solemnias, dictam excommunicationis denuntiationem, reiterando, & innouando eisdem intrusos, & intrudendos contradictores, & rebelles, sic ut præmittitur excommunicatos, denunciatos, nominatim, campanis pulsatis, candelis incensis, ac deum extinctis, & in terram proiectis, Cruce erecta, & religione inducta, aquam benedictam aspergendo ad fugandum demones, qui eos detinet ligatos, & laqueis suis cadentatos, orando, ut Dominus noster Iesus Christus, ipsos ad Catholicam Fidem, & Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium reducere dignetur, nec eos in talibus peruersitate, & durtia dies eorum finire permittat, cum denuntiatione responsorum, *reuelabunt cæli iniquitatem Iudeæ, &c.* Et Psalmum *Deus laudem meam ne tacueris &c.* cū Antiphona *Media vita in morte sumus.* Tetaliter, & his finitis, ad ianuas Ecclesiarum suarum, vna cum Clericis, & Parochiis accedant, & ad terrorem, ut eos citius ad obedientiam redeant, tres lapides versus domos habitationum suarum projiciant, in signum maledictionis æterne, quam Deus dedit, contra Datân, & Abirôn: quos terra sustinere non potuit, sed iuxta Dei iudicia illos absorbit, ut in Infernum descenderent viuentes; etiam post Missam, & in Vesperis, alijsque horis Canonicis, in sermonibus, & prædicationibus publicis solemniter publicent, & denuntient, ac ab alijs quantum in eis fuerit publicari, denunciari, ac ab omnibus Christi fidelibus, artius vitari faciant,

10

ciant, donec aliud à nobis, vel superiori nostro super hoc receperint in mādatis:  
**V E R V M** si præfati denunciati, & aggravati, aggravationem huiusmodi,  
 per alios decem dies illius publicationis, & dictos decem dies immediatè sequē  
 tes, animis, quod absit, sustinuerint induratis: nos ex tunc, quia peruersorum  
 audacia præsumptiva, id exigit, & vnica pœna non contenti, fortioribus artia-  
 tur pœnis, ne fides illorum laudetur, qui suis superioribus obedientiam sem-  
 per impederunt, processum nostrum huiusmodi reaggrauamus, supradictis sub  
 delegatis nostris, vt supra mandantes, quatenus dicta auctoritate Apostolica om-  
 nes, & singulos Christi fideles vtriusque sexus homines, & præsertim familia-  
 res, & seruitores denuntiatorum, & reaggruatorum huiusmodi, & forma præ-  
 missis moneant, & requirant, primò, secundò terciò, & peremptorie, prout nos  
 etiam requirimus, & monemus eisdem ipsis, & eorum cuilibet, in virtute Sanc-  
 tæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna districtius in iungen. quatenus  
 infra sex dies, monitione, & requisitione huiusmodi, ipsis factis immediatè sequē.  
 quos dies ipsis, & eorum cuilibet pro omni dilatione Canonica assignent, pro-  
 ut nos eisdem assignamus, a participatione communionis familiaritate, & serui-  
 tio ipsorum denuntiatorum, aggravatorum, penitus & omnino desistant, nec cū  
 eis vel eorum aliquo seruiendo, loquendo, conuersando, cibum, potum, aquam,  
 vel ignem, aut alia necessaria ministrando, aut aliquo humanitatis solatio,  
 præterquam in casibus, & personis à iure præmissis, participare præsumant;  
 seu aliquis eorum præsumat: & si contrarium fecerint, nos in eos, & in eorum  
 quemlibet, cum dictis denunciatis, & aggravatis rebeliter participan. & con-  
 tra facien. ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc, dicta sex dierum,  
 Canonica monitione præmissa, & excommunicationis sententiam ferimus, in  
 his scriptis, & etiam promulgamus, dictis subdelegatis nostris modo, & forma  
 præmissis districtè præcipien. mandan. quatenus singulis diebus Dominicis, & fes-  
 tiuis, in suis Ecclesijs Monasterijs, & Cappellis, infra missarum, & aliarum præ-  
 scriptarum horarum solemnias, ac vbi, quando, & quoties expedierit præfactos  
 Christi fideles familiares, & seruitores, qui cum dictis denūtiatis, & aggravatis  
 rebeliter participauerint, excommunicatos, tã diu publicè denūtiarent, & ab alijs  
 quantum in eis fuerit publicari, & denūtiari, & ab omnibus Christi fidelibus arc-  
 tius euitari faciant; donec, & quousque absolutionis beneficium de super me-  
 ruerint obtinere. **P R Æ T E R E A** si prædicti denunciati, aggravati, & reag-  
 grauati reaggrauationem huiusmodi per alios decem dies illius denuntiationis,  
 & supradictos viginti dies immediatè sequen. dictas nostras sententias perti-  
 naciter sustinuerint, Pharaonis duritiam immitando, admodum aspidum surda-  
 rum aures suas obturantiam, ne vocem audiant, incantatum, nos ex tunc om-  
 nes, & singulas ciuitates, terras, oppida, Castra, villas, suburbia, & quæcumque  
 Ecclesiarum Collegia Parochias, & alia quæcumque loca, in, & sub quibus, & ad  
 quæ denunciatos, aggravatos, & reaggrauatos, prædictorum, aut aliorum aliquē  
 morari declinare, seu ad hire contigerit, quamdiu ibidem fuerint, seu aliquis  
 eorum fuerit, Ecclesiastico supponimus interdicto, supradictis subdelegatis nos-  
 tris, sub dicta excommunicationis pœna mandamus, quatenus ex tunc, quam-  
 diu idē denunciati, aggravati, & reaggrauati, in locis prædictis fuerint, seu aliquis  
 eorum fuerit cesent, & ab alijs cesare faciant à diuinis, quam quidē cesationem  
 etiam per tres dies continuos, quos ipsorum denuntiatorū, aggravatorum, & rea-  
 ggruatorum, vel alterius eorum ab inde recessum obseruent, & continuent, ac  
 ab alijs quantum in eis fuerit obseruari, & continuari faciant, & permittant, ita,  
 & taliter, quod huiusmodi interdicto stante, nulla Ecclesiastica Sacramenta in  
 eisdem locis, in quibus denunciati, aggravati, & reaggrauati huiusmodi fuerint,  
 seu

seu eorum aliquis fuerit ministreretur, nisi pœnitentia, & baptisimus, omnibus indifferenter, Eucharistia infirmis tantum; & Matrimonium, sine Ecclesiastica solemnitate contrahentur. Inhibiq; & super eisdem locis eisdem Ecclesiastica denegetur sepultura. Demum si prædicti denunciati, aggravati, & reaggravati, & interdicti huiusmodi per alios decem dies ipsius publicationis, dictos triginta dies immediatè sequen. sustinuerint, ac processibus, mandatis monitionibus, & inhibitionibus nostris huiusmodi, inuenerint Apostolicis non paruerint, cum effectu quod Deus euertat. **N O S** tumquia mucrone non proficiente Ecclesiastico, temporali, saltim gladius non immerito refragatur, auxilium brachij secularis duximus inuocandum, ut quod Dei timor à malo non reuocat, temporalis saltem coerceat seueritas disciplinæ. Hinc est, quod vos Inuidissimum Principem, & DD. Philippum Hispaniarum Regem Catholicum, ante dictum, prædicti gladij principalem vibratorem, & iustitiæ relatores, in Domino ortamur, vosque dictos Illustrissimos Dominos, Duces, Commites, Marchiones, Varones, Iudices, Officiales, & alios supradictos iurisdictionem temporalem, & ordinariam, per vos, vel alium, seu alios exercent. quibus præfens noster processus dirigitur, dicta auctoritate tenore præsentium requirimus, & monemus, primò, secundò, tertio, & peremptoriè, vobisque, & vestrum cuiuslibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet Canonica monitione præmissa ferimus, in his scriptis, nisi feceritis quæ mandamus, districtè præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium, post supradictos terminos successiue desuper expressos, necnon notificationis, & præsentationis præsentium, vobis, seu alteri vestrum, in vestris territorijs iurisdictione, & districtibus, ac requisitione, pro parte dictorum Abbatis, & Economi dicti Monasterij Montis Aragonũ vel eorũ proc. alias desuper factis immediatè sequen. quorũ sex dierum, duos pro primò, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis, & vestrum cuiuslibet pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica assignamus: Vos omnes, & singulos Dominos temporales Iudices, & Officiales ante dictos, quorum omnium super hoc auxilium brachij secularis inuocamus, quoties, & quando pro parte dictorum Domini Abbatis, & Economi dicti Monasterij Montis Aragonũ vel eorũ proc. vigore præsentium, super hoc fueritis requisiti in iuris subsidium, seu alter vestrum fuerit requisitus, contra prædictos denunciatos, aggravatos, reaggravatos, & interdictos, dicta auctoritate Apostolica per captiorem, inuasionem, incarcerationem, & detentionem personarum, corporum, rerum, & bonorum, eorundem insurgatis, & alios insurgere faciatis, necnon personas, & corpora, bona eorum, et cuiuslibet ipsorum, inuadatis, & incarceretis, & sub firma, & tuta custodia teneatis, per vos, vel alium, seu alios, & quemlibet vestrum, qui super hoc requisitus fuerit, inuadat, incarceret, custodiat, detineat, arrestet, & occupet, liberè, & licitè, super quibus omnibus, & singulis, vobis, & vestrum cuiuslibet licentiam, plenariamque potestatem concedimus, per præfentes, dictosque denunciatos aggravatos, reaggravatos, & interdictos, ita & taliter astringatis & compellatis, potenter etiam manu facti, absque tamen graui lesioni corporum eorundem, vsque ad integram satisfactionem omnium, & singulorum præmissorum, & donec & quousque dicti intrusi, & intrudendi, prædicti possessionem prædictorum reddituum, fructuum, prouentuum, & emolumentorum, iurium, rerum, & bonorum desuper expecificatorum, cum omnibus iuribus, & pertinentijs annexis, & connexis, præfatis, dictis Abbati, & Economo dicti Monasterij Montis Aragonũ, vel eorũ procuratori, vacuam, & expeditam dimiserunt & de prædictis fructibus, redditibus, prouentibus, & emolumentis, & vniuersis iuribus, per eos, & quẽlibet eorum occupatis, & detentis eisdem Abbati, & Economi

nomi

13

II

nomi dicti intrusi, & intrudendi realiter, & cum effectu satisfecerint: ceterisque contradictores, & rebelles prædicti, ab occupatione, detentione, intrusione, rebellionem, contradictione, & impedimento, ac consilio, auxilio, vel favore prædictis penitus, & omnino desisterint, & ad Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium reddiderint, & beneficium absolutionis à prædictis sententijs, & censuris, à nobis, vel à superiori nostro meruerint obtinere. **Q V O D** si forte, vos Inuictissimus Dominus Hispaniarum Rex Catholicus, Executor iustitiæ præsentis nostri processus, & mandatorum nostrorum, imò verius Apostolicarum transgressor contra dictos, vel neglectos fueritis, quæ tamen vestræ Regiæ Maiestatis, iam dudum, per totum orbem divulgatam obedientiam suspicari non sinit, proculdubio iusti iudicis officium offenderetis, & præmium aliàs, pro executione iustitiæ, vobis à Domino Deo paratum, nihilominus amitteretis, licet vos huiusmodi nostris sententijs ligari nolumus, ob reuerentiam vestræ Regiæ Maiestati, non immerito deferentes, intuitu tamen iustitiæ, & ob Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Sanctissimi Domini nostri Papæ, eandem vestram Regiam Maiestatem, ad prædictam executionem efficaciter adimplendam in Domino exortamur, & generaliter dicti subdelegati nostri omnia, & singula, nobis in hac parte commissa, pro executione dictarum literarum Apostolicarum plenariè exequantur, iuxta traditam, seu directam à Sede Apostolica nobis formam, & dictæ nostræ commissionis tenorem. Ita quod ipsi subdelegati nostri, vel quicumque alij nihil in præiudicium dictorum D. Abbatis, & Economi dicti Monasterij Montis Aragonum, valeant attentare, neque in processibus per nos habitis, & sententijs per nos latis absoluendo, vel suspendendo, aliquid immutare; in cæteris autem, quæ eisdem Abbati, & Economo nocere possunt super præmissis, in aliquo, seu abesse ipsis, seu quibuscumque alijs potestatem omnimodam denegamus, & si contingat nos super præmissis in aliquo procedere, de quo nobis potestatem plenariam reseruamus, non intendimus propterea commissionem nostram huiusmodi in aliquo reuocare, nisi de reuocatione ipsa, in literis nostris, specialem, & expressam fecerimus mentionem; præsentibus quoque literas, siue hunc nostrum processum executorialem volumus, penes dictos D. Abbatem, & Economum, seu eorum Procuratorem remanere, & non per vos, aut aliquem vestrum, contra ipsorum voluntatem detineri; contrarium verò facientes præfatis nostris sententijs, prout per nos, in his scriptis latè sunt prædicta Canonica monitione præmissa, ipso facto volumus subiacere: absolutionem verò omnium, & singulorum, quæ præfatas nostras sententias, aut earum aliquam incurrerint, seu incurrerit, quoquo modo, nobis, vel superiori nostro, tantummodo reseruamus. In quorum omnium, & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentibus literas, siue hoc præsens publicum instrumentum, huiusmodi nostrum processum executorialem in se continentem, siue continens exinde fieri, & expediri iussimus, manu nostra firmatum, nostroque sigillo, sigillatum, & per infrascriptum Notarium referendatum, & signatum. Datt. Tirafone, die octauo Mensis Iunij, anno millesimo quingentesimo octuagesimo nono, præsentibus ibidem Ioanne Muñoz Presbytero, & Francisco Dionis Ciue, habitatoribus dictæ Ciuitatis Tirafone testibus ad præmissa vocatis, rogatis, pariter assumptis.

**V. Doctor Carolus Muñoz, Iudex  
Apostolicus prædictus.**

Sig + num mei Martini de Falces Notarij publici, & de numero Ciuitatis Tira-  
sona, auctoritatibusque Apostolica ubique, Regia vero per totum Regnum Arago-  
num, Qui predictis presentationi literarum Apostolicarum, & concessioni predic-  
tarum literarum executorialium Apostolicarum una cum prænominatis testibus præ-  
sens interfui, coram dicto Domino Iudice & Commissario Apostolico, ideo has literas  
seu Processum manu dicti Domini Iudicis, & Commissarij Apostolici subscript. abs-  
cript. & eius sigillo sigillat. extraxi. Constat tamen de supra positio, ubi legitur  
ad Episcopum applicatas, & de Loporgano in ducentis triginta scutis, per, & de ra-  
sis correctis, & emendatis Dioces. crexa applicari debere alia quinquaginta, quinto  
status aliaque vel eorum legitimum Procuratorem, in, & ad veram, realem, corpo-  
ralem, & actualem possessionem dictarum decimarum, censuum, tributorum, &  
onerum, & dictorum quadringentorum scutorum similibus pro hospitalitate, & Elee-  
mosynis ydem denunciati Abbati, & Economo valeant, & noceant. In quorum omnium  
& singulorum fidem, & testimonium præmissorum in eo solito signo signaui, & clau-  
si, rogatus, & requisitus, & iterum clausi cum correcto in presenti signatura, ubi  
legitur subscriptus.

V. Doctor Carolus Muñoz, Iudex  
Apostolicus prædictus.